

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja krakowska, wariant wawelski

Rękopis Biblioteki Kórnickiej, sygn. 800 (Kodeks Działyńskich IV), s. 122–123

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 52 [Gn. 51]

[52] De querela violente. LIII

Omnis querimonia et testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehensa ac detenta fuerint, virum metseptimus^a protestare oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, [/] que duellaria non sunt. Manifestum factum ibi dicitur esse, ubi vir captivatur cum furto et spolio et deprehensus ducitur cum clamore. Eciam factum manifestum ibi esse dicitur, ubi viro gladius ^b-aut cultelus^{-b}, aut alia arma in manu sua fuerint deprehensa, cum quibus pacem infregit, aut si in fuga facti fuerit reprehensus, et captus cum clamore ad iudicium deductus [fuerit]. Hunc actor vincere metseptimus^a oportet secundum ius pacis. Et si manifestum factum cum viro ad iudicium fuerit deductum, stuprum, obsidium et irruenciam^c domiciliorum, homicidium, furtum et spolium probet homo mettercius protestando. Si vir de istis conqueritur, extunc sic procedere debet sua querela: "Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod homo venit intra municipalia, et in me pacem violavit, et me stupravit et spoliavit me corpore et rebus et honore mulieri, de quo suficiens habeo testimonium per hos, qui meum clamorem audiuerunt, et ostendere volo factum, ut de iure [s. 123] debeo, ut michi proficiat in iure meo." Extunc ipse petat satisdacionem, si vult, quam sibi oportet, et dicat se facto esse innocentem. Tunc tutor mulieris interroget in sentencia diffinita, utrum mulier violenciam melius poterit protestari cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ipse possit evadere, cum in facto manifesto ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur de iure, quod possit ipsum posibilius vincere cum hiis, qui suum audiuerunt clamorem, quam ipse evadere possit. Et hoc protestabitur, ut est iuris, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super inquisitos domiciliorum iudicatur.

^arkps. metVIIus, pisarz następnie dopisał mum, jak gdyby chciał zaproponować lekcję metseptimum; ^{b-b} na marginesie, znak wstawienia; ^c w rkps. irrenerenciam

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]